50601

DISSERTATIO INAVGVRALIS CHYMICO-MEDICA

DE

PARTIBVS CONSTITVTIVIS ANTIMONII EIVSQVE TINCTVRIS

22079/p

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

ERNESTO AVGVSTO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE ET WESTPHALIAE RELIQVA CAESAREAE QVONDAM MAIESTATIS VNIVERSI EQVITATVS CVM IMPERIO DVCE ITIDEMQVE LEGIONVM DVARVM CATAPHRACTORVM PEDITVMQVE PRAEFECTO

PRAESIDE

SIMONE PAVLO HILSCHERO

MEDICINAE DOCTORE THEORETICES PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO SERENISSIMIQVE DVCIS SAXONIS-GOTHANI ET ALTENBVRGENSIS A CONSILIIS AVLICIS

PATRONO ATQVE PRAECEPTORE PIE COLENDO

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN ARTE SALVTARI PRIVILEGIIS ATQVE IMMVNITATIBVS

MORE MAIORVM RITE ET SOLENNITER CONSEQVENDIS

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

AVCTOR

GEORG AVGVST FVCHS

ERFORDIENSIS

PHILOSOPHIAE MAGISTER.

AD DIEM VIII. APRILIS M DCC XXXXIII.

HORIS LOCOQVE CONSVETIS.

IENAE LITTERIS IO. CHRIST. CROEKERI.

WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

PRAEFATIO.

Sapientia et doctrina olim ſumme conſpicuum PLATONEM auditorii ſui foribus inſcripſiſſe, *nullus geometriae expers accedito*, ferunt: experientia enim edoctus ſciebat, quod nobilisſima hac ſcientia tincti ad feliciores progreſſus in delibandis philoſophiae partibus magis eſſent idonei; ita ſimili ratione noſtro aeuo artis ſalutaris palatio haec verba non immerito literis maiuſculis poſſent praefigi: *Nullus Chymiae expers accedito.* Certe, quanto plura lego, ab exercitatis in excelſa hac arte audio, ac propria denique experientia tentanda ſuſcipio, tanto plura ſenſibus ac menti ſeſe offerunt, quae hac in ſententia

me confirmant: vera enim chymia naturae clauis eſt, qua mediante omnes, qui culturae eius ſolidiori indefeſſam nauant operam, corporum naturalium penetralia, partes conſtitutiuas aeque ac ſimilares, quibus eorum abſoluitur mixtio, reſerant, diſſociant, in apricum producunt, quoad texturam transformant, vt nouas plane proprietates inde acquirant. Nemo non itaque, niſi fungum habeat pro cerebro, mecum conſentiet, ſcientia hacce praeſtantiſſima deſtitutos parum certe ſolidi, in reducendis ad ſuas cauſſas corporum ſublunarium effectibus ac phaenomenis, praeſtituros fore. Veritas dictorum nemini manebit occulta, qui ſerio perpendit, quam enormiter hac in re peccatum fuerit eo tempore, quo Galenici, in Aeſculapii palaeſtra ad gubernacula ſedentes, ac, omni quaſi ſcientia et experientia chymica eiurata, ſolis fere fictionibus languidis, atque haud raro ſtolidis, per faſcinum quaſi naturae phaenomena explicare conabantur; contra vero dictu omnino eſt mirabile, quam egregie plures Phyſici et Medici, ſeculo noſtro conſpicui, hac ſcientia, omni laude ſuperiori, adiuti, phyſicam aeque ac Medicinam amplificarint, larga inuentorum vbertate ditauerint, iisdemque ſyſtematicam fere faciem conciliarint. Quae quum ita ſint, mirari amplius non licet, quod vniuerſale fere eſſe chymiae ſtudium, eiusque vſum mirifice ad omnes artes ac ſcientias perficiendas ſe extendere, celeberrimi Medico-chymici pleno ore contendant. Idem aſſertum, vt et neceſſitatem, omnes ac ſingulos, ad ſolidam in arte ſalutari ſcientiam adſpirantes, nullo pacto chymia carere poſſe, B. HOFFMANNVS *(in praefat. epiſtol. obſeruat. phyſico-chym. praemiſſa)* ſolide pariter

ac

ac perſpicue demonſtratum dedit. Maximum vero ac praeclariſſimum, quod e chymiae rationalis et experimentalis cultu in vniuerſam Medicinam redundat, commodum atque vtilitas, in hoc procul dubio conſiſtit, quod ad conficienda ſelectiſſimae virtutis medicamenta viam aperiat patentiſſimam, cuius quidem aſſerti exemplum veriſſimum ex innumeris aliis, ſolum praebere poteſt antimonium, corpus inter mineralia hanc ob rationem celeberrimum, quamuis et ob legitimae medicamentorum antimonialium praeparationis ignorantiam, ſuos oſores hoſtesque habuerit acerrimos, quod vel ex ſolo Parlamenti gallici decreto patere poteſt, vi cuius eius tam per ſe, quam chymice inde paratorum medicamentorum, in Medicina vſus 1566. Galliarum Medicis ſub poena capitis fuit interdictus, tali cum rigore, vt Medicus BESNIER dictus, qui ſecus fecerat, 1605. ex Facultate Medica excluderetur, donec tandem meliora edocti 1637. et 1650. in tantum Parlamenti hocce decretum reſtringebatur, vt antimonialium medicamentorum vſus ſolis Medicis iterum concederetur, vti fuſius in Actis IOVRNAL DES SAVANS dictis legi haec poſſunt. Maximum vero procul dubio huic minerali apud alias gentes comparauit decus, atque penitius illud rimandi anſam dedit BASILIVS VALENTINVS, qui, poſtquam in curru ſuo triumphali publice illud circumuexit, tantum ipſi conciliauit fauorem, vt inſtar idoli nunc a multis habeatur: non ſolum enim ex illo, tanquam ex equo Troiano, myriades fere remediorum prodierunt, quod vel ex ſolo LEMMERY tractatu, (*Geheimniſſe des* Antimonii), in quo ad 500. Proceſſus communicauit autor, patere poteſt, nec dubitare licet,

 longe

longe plura tenebris obuelata, et profunda teterrima nocte ſepulta, in eo adhuc abſcondita eſſe; ſed et tot tantisque elogiis hoc minerale ornauerunt autores, vt inter mundi miracula quidam illud referre non haeſitauerint. Huius in confirmationem iam tantum citabo HOFFMANNVM *(in Clav. pharm. Schroed. L. III. C. 17. p. m. 295.)* ita ſcribentem: *Antimonium eſt quaſi fons et ſcaturigo praeſtantiſſimorum medicamentorum, dum in hoc, tanquam in abyſſo inexhauſto, comprehenduntur omnium metallorum et mineralium energiae, et grauiſſimorum morborum medelae, vt ex hoc, tanquam ex Amaltheae cornu, ſalutaria erui queant, quae impuritates et fermenta morbifica naturae inimica, per reſolutionem et abſterſionem tollant et abſumant, vna iuxta vim ſuam anodynam et confortantem etc.* Pereximia quoque ſunt, quae de antimonii vſu habet acutiſſimus D. NEVMANNVS, Chymicus in Vulcani palaeſtra exercitatiſſimus *(in Praelect. chem. p. 1438.)*. *Vor meine Perſon bleibe ich in dergleichen Umſtänden bey dem* antimonio *im Mittelſtande, ich werde und kan es nicht übermäſſig hoch erheben, noch vielweniger aber auch nicht verachten, oder gar verdammen; ſondern die gantze Sache kommt hauptſächlich auf denjenigen, der mit dem* antimonio *umgehen und ſich deſſen bedienen will, hingegen gar nicht auf das* antimonium *ſelbſt, an. Das ſchärffſte Meſſer, damit dieſes und jenes nützliche und künſtliche geſchnitzet wird, kan in der Hand eines Kindes, oder unvernünfftigen Menſchens, zu groſſen Schaden angewandt werden: was kan aber das unſchuldige Meſſer davor? ſolte ichs deshalb vor etwas ſchädliches ausſchreyen? die köſtlichſte und bewährteſte* Medicin *kan zum Gifft werden, wenn ſie zur unrechten Zeit, und in unrechter* doſi, *angebracht*

bracht wird, ich kan aber deswegen dieſe Medicin abſolute *vor keinen Gifft erklären. Und ſo iſt es auch mit dem* antimonio *beſchaffen: Solches iſt ſo zu reden eine Säule von der gantzen* MEDICIN, *indem es* MEDICAMENTA SALVBERRIMA *liefert, es iſt auch in ſeinem rohen Zuſtande an und vor ſich ſelbſt vvarhafftig gar kein Gifft, ſo vvenig, vvie der* MERCVRIVS CVRRENS. Innumeras alias antimonii laudes, cum nil, niſi myſteria redoleant, et hyperbolice perſaepe magis, quam verius dictae ſint, nec a poſteriori demonſtrari hactenus potuerint, lubens omitto: hoc tamen ſilentio penitus non eſt diſſimulandum, non exiguum eorum eſſe numerum, qui, ſaluberrima antimonii virtute medicinali non contenti, ſed vlterius progreſſi, arcanum arcanorum, lapidem nempe philoſophorum, exinde detorquere atque excoquere conati ſunt, quorum tamen maxima pars, cum rudi tantum Minerua nobilis huius mineralis naturam introſpexiſſent, tandem nil aliud conſecuti ſunt, quam, vt coquendo et ſublimando bona ſua reddiderint volatilia, ac, promiſſi theſauri loco, fumum, vitra fracta, capita mortua, temporis, et quandoque ſanitatis, ob ſuam in chymicis laboribus ignorantiam, diſpendium reportauerint. His omnibus itaque miſſis, ſuisque autoribus relictis, via media ac regia, quae ſemper

per

per eſt tutiſſima, inceſſurus, non poſſum non ingenue fateri, in mineralium penu ac promtuario, ſi vitriolum exceperis, nullum omnino reperiri, quod ſubiectum noſtrum, ſi praeſtantiſſimorum remediorum, ex illo educendorum, ſpectemus copiam, antecellat, cuius quidem aſſerti luculentiſſimum exemplum ſuppeditaturus, mecum conſtitui, quae mihi circa genuinam tincturarum antimonii praeparationem experiri contigerunt, publico eruditorum examini ſubmittere, quam, vt principiis chymicis accomodatam eſſe, demonſtrare valeam, pauca quaedam de partibus mineralis huius conſtitutiuis praemittere, operae pretium eſſe putaui. Quoniam vero mentis humanae, in his maxime literarum ſtudiis, peregrinatio miſerabilis quaedam tantum, ſine ſuperna luce, eſt erratio, Te ergo, IEHOVA, verum ac aeternum Numen, vt ſcientiam des creaturae, ad intime noſcendam creaturam, laboribusque noſtris ita benedicas, vt omnia, quae hic et impoſterum agentur, agantur feliciter, deuota mente precor.

Q. D. B. V.

§. 1.

Corpus foſſile vel minerale vocatur, quod in, vel de terra naſcitur, vaſisque, fluidum nutriens vehentibus, deſtitutum eſt.

§. 2.

Metallum eſt corpus foſſile, ad ſenſus homogeneum, malleabile atque ad ignem fuſibile. Semimetallum eſt corpus foſſile, non malleabile, ex metallo et alio corpore foſſili compoſitum.

§. 3.

Minera antimonii eſt corpus minerale ſolidum, ponderoſum, ex copioſo conſtans lapide, in quo nunc ſtriae anguloſaeque lineolae, quoad formam externam metallicae, nunc cruſtae eiusmodi metallum referentes, occurrunt.

§. 4.

Cum arduum omnino ſit opus, de eiusmodi obiectis ob copioſas, quibus inuoluta deprehenduntur circumſtantias atque determinationes, condere definitiones, ſecundum regulas logicas ad amuſſim concinnatas, aliqualem hinc de minera noſtra adtuliſſe deſcriptionem, ſatis erit. Nam iucundo haud raro iſta variat ſpectaculo, quia pars metallica modo ſilici, pyritis aliisque lapidibus durioribus, modo fluoribus hexagonis iuncta obſeruatur, vti figuris appoſitis VLYSSES ALDROVANDVS *(in Muſeo metallico p. 188.)* ſat

 elegan-

eleganter illam depinxit atque illuſtrauit. Ratione cohaeſionis et inde emergentis conſiſtentiae alio tempore haec minera friabilis nigraque, interdum ferro polito ſimilis, in lamellas ſiue cruſtas planas, ſi percutiatur, diſſiliens, vel etiam teſſeras inſtar ferri politi nitentes efformans, oculis conſpiciendam ſe praebet. Tandem minera haec, inprimis vero in Hungaria et Tranſyluania, ſtriis punctulisque rubris et flauis interſperſis conſpicua effoditur, quam ob rem reliquis minerae ſpeciebus non ſine ratione praefertur.

§. 5.

Ad locum minerae huius natalem quod attinet, variis in regionibus e. g. in Germania, Gallia, Hungaria, Tranſyluania, et in regno Siam illa reperitur atque effoditur. Inter omnes has antimonii mineras, illa quae ex auri fodinis vel prope easdem eruitur, tam ad vſus medicos, quam chymicos et alchymicos primum ſibi vindicat locum, hinc etiam eſt, quod mineram antimonii Hungaricam, et quae ex Tranſyluania ad nos deportatur, omnium optimam, conſentientibus Medicis et Chymicis peritiſſimis, eſſe dixerim (§. 4.). An ſulphur in hac prae reliquis magis ad auri accedat naturam, vti haud inferioris ſubſellii in chymia viri contendunt, iam quidem non inueſtigabimus, hoc tamen certum eſt, varias operationes cum minera antimonii Hungarica melius atque felicius, quam cum reliquis ſuccedere. Tandem et hoc ſicco pede non eſt praetereundum, mineram noſtram a PLINIO (*Hiſtor. nat. L. 33. C. 6.*) in maſculum diſpeſci et feminam, quam tamen diſtinctionem, quippe fundamento prorſus deſtitutam, cum POMETO (*Hiſtoire generale des drogues Part. 3. L. 2. p. 54.*) aliisque reiiciendam, vel parum attendendam, ſed eo potius in ſeligenda hac minera cum MARXIO (*in der Mineralien-Kammer p. 27.*) annitendum eſſe putamus, vt minera ponderoſa, diues purumque lapidem iunctum habens reliquis praeferatur, inprimis ſi ſub his, vt et iam

lau-

laudatis conditionibus (§. 4.), ex Hungaria et Tranſylua-nia, quae vero hodie rariſſima eſt, haberi queat. Tandem et hoc notari volumus, mineram ♁ii magnam cum argento rudi albo *(weiſs gülden Ertz)* alere conuenientiam.

§. 6.

Antimonium (♁) eſt corpus ſemimetallicum (§. 2.), ponderoſum, friabile, fuſile, coloris obſcuri, coeruleo-plumbei, cum ſtriis radiantibus longioribus, interdum punctis rutilantibus ac flauis interſperſis ſuperbiens.

§. 7.

Antimonii vocabulum multi ἀπὸ τȣ͂ ἀντὶ καὶ μόνος, quod minerali huic quaſi ſolum et ſine aliorum metallorum conſortio naſci aduerſetur, deriuandum eſſe contendunt; alii contra idem ἀπὸ τȣ͂ ἀντιμένειν πρὸς τὸν βίον, vel ab ἀνθ' ἡμῶν deducentes ridicule ſibi perſuadent, corpus hocce minerale vitae noſtrae veneni inſtar parare inſidias, vnde forſitan factum eſt, vt ſuperiori ſeculo omnia ex innocentiſſimo hoc ſubiecto parata Galliarum Medicis ſub poena capitis fuerint interdicta *(vid. Praef.)*. Innumeris alias hoc minerale, prouti hunc illumue de eodem Chymici ſibi formarunt conceptum, inſignitur nominibus, e quibus praecipua tantum iam in medium proferam. Sic vocatur *antimonium nigrum,* ad differentiam antimonii albi ſiue Biſmuthi, *Stibium,* quod cum antimonii vocabulo vſu eſt hodie receptiſſimum; Graecis et Galeno ςίμμι audit, quod notat fucum ſeu colorem, quia mulieres, teſtantibus ſacris literis *(II. Reg. C. IX. v. 30.* et *Ierem. C. IV. v. 30.)*, pulchritudinem ſuperciliis conciliantes, ſtibio id effeciſſe plerique contendunt. Conf. B. WEDELII *Exercitat. Medico-philolog. Dec. V. p. 25. ſeqq.* Ab Alchymiae operam nauantibus a variis, quos induit, coloribus, *Proteus;* a facultate, qua pollet, aurum a reliquis metallis ſeparandi, quamuis ſatis inſulſe, *vltimus iudex;* ob celerem omnium metallorum, excepto auro, corroſionem, viresque metalla

depurandi, in ſcorias conuertendi, vel ſecum vniendi texturamque eorundem inuertendi, *lupus (rapax)* itemque *balneum Regis;* a ſimilitudine, quam cum plumbo habet, *plumbum nigrum*, *Saturnus Philoſophorum*, *magneſia Saturnina*, *lapis de vena plumbi*, (*vid.* BAS. VAL. *p. m. 440.*) PARACELSO *Saturni marcaſita* (*L. VI. Archidox.*) appellatur. Germanis dicitur *Spieſsglas*, *Spieſsglantz*, a forma ſtriata lanceolarum inſtar ſcintillantium, et inſtar vitri teretis frangibilium, vel quod ſecundum BECCHERVM (*Phyſ. ſubterr. L. I. S. VI. C. IV. p. 572.*) facile in vitrum, ſi igne tractetur, abeat. Nominibus qui delectatur, pluraque legere cupit, illum ad ROLFINCIVM (*in Chym. in artis formam red. et diſſert. de* ♁*io*) atque D. NEVMANNVM (*in Prael. chym. p. 1432.*) remittimus.

§. 8.

Antimonium hoc, (§. 6.) quod non ita congrue crudum ordinarie dici conſueuit, ad nos ex dictis regionibus (§. 5.) in maſſas vt plurimum pyramidales fuſum, atque ex minera ſua (§. 3. et 4.) l. a. eliquatum, aduehitur. Talis autem illud ex minera ♁ii (l. c.) excoquendi eſt modus: Duo ad manus ſunt vaſa ſe inuicem recipientia, quorum alterum figuram plerumque conicam vel pyramidalem referens, terra defoditur, alterum vero, quod huic ſuper imponitur, capacius atque in fundo perforatum eſt. Repleto vaſe hocce ſuperiori minera g. m. tantum contuſa, vt nucis iuglandis magnitudinem fruſta non ſuperent, atque commiſſuris luto vel argilla exacte clauſis, ignis vaſi ſuperiori adplicatur, vbi facili negotio partes minerales lapidem ſuum, ob cohaeſionem cum illo non adeo firmam, deſerentes, in ollam terra defoſſam defluunt atque figuram vaſis inferioris, quando refrixerunt, retinent. Plura de hac operatione qui ſcire geſtit, euoluat AGRICOLAM (*de re metall. L. IX. p. 343.*), LANGIVM (*in Prael. mat. med. p. 335.*), CRAMERVM (*in Art. docimaſt. P. II. p. 217.*) aliosque rei metallicae ſcriptores.

§. 9. Cum

§. 9.

Cum variae, ratione loci natalis, ♁ii dentur minerae, quas inter Hungaricam, et quae in Tranſyluania effoditur, reliquis antecellere dixi (§. 4.), ipſum quoque inde eliquatum ♁ Hungaricum atque ex Tranſyluania allatum purius habetur, maxime vero, ſi ſplendens, pulchre ſtriatum, punctulisque rutilantibus, flauisque repletum ſit, quam ♁ii ſpeciem inter Alchymiſtas creditus Princeps BASILIVS VALENT. *orientale*, PARACELSVS vero *leonem rubrum* vocare ſolet. Tantum vero abeſt, vt aſſerto hocce reliquas ♁ii ſpecies, ex aliis regionibus (§. 5.) ad nos delatas, prorſus reiiciam, vt illas potius a modo laudatis non adeo multum diſcrepare, ſi ſub dictis conditionibus haberi queant, affirmare nullus dubitem.

§. 10.

Ex hactenus allatis (§. 4-9.) nunc diuiſionis, apud varios autores occurrentis, patet fundamentum, vi cuius ♁ aliud eſt *natiuum* ſeu *foſſile*, ignis vim nondum expertum, multisque particulis heterogeneis remixtum, atque *factitium*, quod ex natiuo ſeu minera ♁ii (§. 3. 4. 5.) dicto modo (§. 8.) educitur. Male ergo ad illud, quod a Veſuuio eructatum ad radices eiusdem haud raro inuenitur, referunt: cum enim fuſionem omnino iam paſſum ſit, variisque ſalibus inquinatum deprehendatur, vnde etiam vehementes, quas excitat, vomitiones, teſtantibus ACTIS LONDINENSIBVS (A. 1694.) deducendae veniunt, praedicatum hocce optimo iure illi denegandum eſſe cenſeo.

§. 11.

Ad genus tandem in definitione ♁ii (§. 6.) poſitum quod attinet, iure meritoque optimo corpus ſemimetallicum illud vocaui, etſi non deſint, qui ſine ratione ſufficienti inter metalla vnice illud referendum eſſe exiſtiment. Conferatur FALLOPIVS (in Tract. de *metall. ſeu foſſil. C. 29.*). Sic quoque inter corpora metallo finitima

illud refert SAMVEL DALE (*in pharmacol. p. 72.*); imo BASIL. VAL. (*Tr. de ♁io*) ♁ inter corpora collocat hermaphroditica, hinc metallum, ob partem ♄ninam, minerale vero, ob 🜍 copioſum nondum fixatum, illud dicendum eſſe, autumat. Verum enim vero cum eſſentialis character metalli ſit ductilitas (§. 1.), et haec in ♁io non deprehendatur (§. 6.), e metallorum claſſe illud excludendum eſſe, nemo non videt.

§. 12.

Vt, quae in ſequentibus de R̄is ♁ii in medium prolaturus ſum, fundamento ſuo non eſſe deſtituta, cuiuis obuium ſit, pauca quaedam de partibus, ♁ conſtituentibus, per analyſin atque ſyntheſin chymicam hactenus euolutis, praemittere, operae pretium erit. Hiſce mediantibus tam veteres, quam recentiores chymici detexerunt, corpus hocce minerale compoſitum eſſe ex copioſo 🜍e, ſubſtantia regulina ſiue ☿iali, copioſis particulis arſenicalibus, vt et proportionata ▽ae quantitate.

§. 13.

Principia haec, (§. 12.) ex quibus ♁ in terrae viſceribus, natura obſtetricante, conflatur, vt demonſtrare queam, curatius paulo eadem libare, atque indubiis firmare experimentis, annitar. Maximam inter haec omnino meretur attentionem 🜍 copioſum, in illo obuium, cuius exiſtentiam nemo negabit, qui vel vnquam praeparationem calcis, ♁is ♁ii, 🜍is aurati etc. ſuſcepit, quae vero huius 🜍is natura ſit atque indoles non omnes inter ſe conueniunt autores. Ex recentioribus haud pauci inueniuntur, qui inter 🜍 minerale vulgare et 🜍 ♁ii exactam intercedere conuenientiam acriter contendunt. Prouocant, vt aſſertum probent, ad experimentum, quo videmus, ♁ crudum ♁iſatum in 🜅 ſolutum et ▽ comm. ≂tatum, nitidiſſimum ſuppeditare ♁ii magiſterium, ſiue ♁. diaphoreticum ſine △e, et 🜍 commune inflammabile, quoad

quoad faciem externam, quod probe notari volumus, a 🜍e miner. communi parum, vel plane non, diuerſum. Porro idem fere obtinetur 🜍, ſi ♄ crud. ȝeriſatum et 🝆 ⊕li anatica proportione remixta, per retortam △e arenae l. a. ♌entur, prodit enim ⏜ ✚dus oleo ⊕li tamen decuplo mitior: in retortae vero collum, 🜍 quoad colorem, inflammabilitatem etc. 🜍i comm. haud diſſimile, ♎atur.

§. 14.

Experimentis hiſce (§. 13.) aliisque ſimilibus, quae nimiae prolixitatis metu ſtudio iam omittuntur, fidem denegare quidem nequeo, an vero ex iis exacta eiusmodi 🜍is ♄ii cum vulgari deduci queat conuenientia, hoc ipſum eſt, quod experientia, fideliſſima illa in rebus chymicis magiſtra, aliter edoctus, inficias ire cogor. Quam parum quaeſo huic ratiocinio ineſt ponderis atque rigoris? Quaecunque corpora ratione coloris et inflammabilitatis inter ſe conueniunt, illa perfecte ſunt eadem, atqui, ergo. Innumeris certe inſtantiis, ſi iam per ſe eius non pateret infirmitas, infringere illud valerem, ſufficiat tamen allegaſſe.

1.) vnde ſit, vt non aeque a 🜍e communi ac a 🜍e ♁ii aurato, rite tamen parato, et a partibus arſenicalibus, quantum fieri poteſt, liberato, tam egregiam in multis morbis valde rebellibus obſeruare liceat virtutem ſanguinem mundificantem, ſedatiuam, ſudoriferam etc. vti ex panacea Glauberi, Conerdingii etc. quae nil niſi 🜍 ȝii eſt, methodo Glauberi paratum, abunde patet.

2.) Attentionem omnino meretur ſingularis ♁ii vis aurum in colore ſuo exaltandi, itemque, ſi purpura ſua prorſus fuerit ſpoliatum, illam fuſione mediante reiterata egregie reſtituendi, vnde ſatis probabiliter infertur, 🜍 ȝii ☉aris aliquo minimum modo eſſe naturae, adeoque a vulgari quoad craſin texturamque omnino differre. Equidem non ignoro, argumentum hocce nullius eſſe momenti, ab illis, qui contrariae fauent opinioni, putari, dum

dum aurum ab aliis quoque admixtis corporibus depurari et ſplendidius reddi, ſi aliquoties cum illis fundatur, regerant. Verum enim-vero latitat ambiguitas in dictione: lubentiſſime enim concedo, aurum ab heterogeneis, quibus ſaepe inquinatum eſt, particulis aliorum corporum e. g. 🜍is communis etc. additione poſſe quidem depurari, ſed non in colore ſuo tam nitide exaltari.

3.) Omnes Medici vera ſcientia chymica tincti, atque ad phaenomena in praxi obuia ſedulo attenti vno ore mecum fatebuntur, ♁̄im ♁ii, ſpagyrice tamen praeparatam, quoad virtutem ſedatiuam, anodynam, analepticam etc. in atrociſſimis capitis doloribus, motibus conuulſiuis, epilepſia, doloribus arthriticis etc. ♁̄im factitiam multis ſuperare nominibus. Neque hoc ſilentio praetereundum, ♁̄im ♁ii aliquoties l. a. ♎atam et rectificatam elegantiſſimam, ſplendentem, cryſtallinamque induere faciem, vt et nitidiſſimo colore, rubinum fere aemulante, ſuperbire, quae omnia cum ♁̄i factitia, eadem ratione rectificata, non tam facile euenire ſolent. Pluribus de ♁̄is ♁ii virtutibus vid. B. HOFFMANNVS (*in diſſertat. de ♁̄i ♁ii*) ETTMVLLER (*in Pyrotechn. ration. L. I. Sect. III. p. m. 63.*).

4.) Notatu omnino dignum eſt, laudatos 🜍is ♁ii pluresque alios eius effectus, a minima plerumque doſi, grana duo vel tria ſaepe non excedente, produci, id quod de 🜍e communi, poſito, quod eadem ipſi ineſſet medicamentoſa virtus, ſub exigua eiusmodi doſi hactenus nunquam fuit obſeruatum. Conf. Ill. TEICHMEYERI Patroni atque praeceptoris pie colendi diſſertat. *de ♁io eiusque regulis.*

§. 15.

Ex dictis igitur (§. 14.) ſatis ſuperque eluceſcere poteſt, 🜍 ♁ii purum quoad craſin ſuam atque texturam, a 🜍e miner. vulgari omnino differre. Autoritate ſi pugnandi mihi eſſet animus, ſexcenta hac de differentia adducere valerem probatiſſimorum autorum teſtimonia, quibus tamen, ne ſcopum praefixum transgrediar, ſuperſedeo, B. L. ad BAS.

VAL.

VAL. *currum triumphal.* eiusque commentatorem KERKRINGIVM, ALEXANDRVM A SVCHTEN, GLAVBERVM, alioſque remittendo. Ex recentioribus allegare adhuc licebit ROTHIVM, virum in arte ſpagyr. verſatiſſimum, in diſſertat. de 🜍e 🜖li anod. Coroll. 1. et 2. (*in der Einleitung zur* Chemie) ita ſcribentem: *Aus dem ♁ kan ein rechter brennlicher 🜍 erhalten werden, und ſolcher wird aus demſelbigen nicht erſtlich durch den Zutritt der zugeſetzten* 🜊dorum *gezeuget, ſondern wird durch eine einfache Scheidung heraus gezogen. Dieſer 🜍 des ♁ii, ob er gleich an Verbrennlichkeit und äuſſerlicher Geſtalt von dem gemeinen wenig unterſchieden iſt, ſo kan man doch daher ſchlieſſen, daß er nach der innern Textur und Vermiſchung ſeiner Theilgen, und folglich auch nach ſeinen Kräfften würcklich von jenen unterſchieden ſey, weil man bisweilen anmercket, daß er, wenn er im Terpenthin-Oel aufgelöſet iſt, und nach deſſen Erkaltung ſich wieder zum Theil zu Boden ſezt, alsdenn in Geſtalt ♁ialiſcher langen Strien zuſammen wachſe.*

§. 16.

Progredimur ad alterum ♁ conſtituens principium, regulinam nempe ſubſtantiam (§. 12.), quae variis modis, vti ſatis ſuperque hoc notum eſt, in conſpectum venit. Cyclopicas autem fere rixas inter Chymicos hic ♁ii excitauit ☿, cum non inferioris ſubſellii viri illum negare, alii vero pro aris et focis defendere eundem conati ſint, vtrique experientiam in partes vocando. Nec defuere Chymicorum emunctiores alii, qui mitius procedentes, non proprium, ſed adſcititium eſſe hunc ☿ium ♁ii, coniecturis aſſequi putauerunt, a ☿io vulgi in terrae viſceribus ♁io iunctum, hanc vero coniecturam nullo firmo ſtare talo, laborioſiſſimum et taedii pleniſſimum extractionis negotium euincit. Varii ab iis, qui affirmatiuam tuentur, in apricum ♁ii ☿ium proferendi, modi praeſcribuntur. Nonnulli per ⊖ia ſic dicta reſuſcitatiua hoc perficere contendunt, quibus additis cohaeſionis vinculum, 🜍 nempe et

principium arſenicale, diſſoluatur, vt hac ratione regulus poſtmodum facili negotio in currentem ☿ium abeat. Aliis vero optimum modum ☿ium ex ♁io eliciendi viuum exiſtimant illum, qui cum ☿ vulgi rite depurato ſuſcipitur, prouocantes ad illud philoſophorum tritum: *Fac ☿ium per ☿ium*, atque ad BERNHARDVM TREVISANVM expreſſis verbis ita praecipientem; *Si quis ☿ium ex corporibus elicere vult absque ☿io vulgi, is plane hoſpes eſt in noſtra philoſophia.* Meam, ſi de modis hiſce aperire licet, ſententiam, candide teſtari poſſum, vtrumque in praxi, ſi prudenti encheireſi ſuſcipiatur, felici ſucceſſu fere nunquam deſtitui. Pluribus hanc in rem, praeter BAS. VAL. atque SVCHTENIVM, conferri merentur PHILALETHA, *(in introitu aperto ad Regis palatium)* GEBERVS REDIVIVVS, *Dicta* ALANI, *Tract. Lilium inter ſpinas*, *Grab der Armuth*, *Collectanea curioſa de Bismutho*; BECCHERVS *(in phyſ. ſubterran.)* KVNCKELIVS *(in Laborat. chym.* item *in der chymiſchen Brille* contra non-entia chymica) atque LANGELOTTVS *(in epiſtola ad naturae curioſos, de quibusdam in chymia praetermiſſis, perſcripta)*. Similem modum cum illo, quem tradidit LANGELOTTVS, exhibet quoque Ill. STAHLIVS *(in chym. ration. et experim.)* quem in Edit. lat. p. 214. §. 5. ſequentibus verbis commendat: *Hac methodo ſubtriplum pondus aſſumti reguli actu in mercurium conuerſum eſt, et experimentum certitudinem exhibuit.*

§. 17.

De hoc ♁ii ☿io (§. 16.) quaeſtio nunc maxime ſoluenda incidit, an eiusdem cum ☿io vulgi ſit indolis, vel ab eodem diuerſus. Ex ipſius ☿ii, dicta ratione (l. c.) prolecti, conſiſtentia vt plurimum ſpiſſiori, adeoque maiori cohaeſionis gradu, quae tanta in vulgari non conſpicitur, probabiliter concludere licet, illum ad coagulationem et fixationem prae vulgari magis eſſe aptum. Conſentientem hac in re aliquo modo habemus extra comparationis aleam poſitum Ill. STAHLIVM *(in opuſc. chym. p. 489.)* ita diſſe-

differentem: *Ceterum differentia ♁ialis ☿ii a communi eſſe debet maius pondus in eadem menſura et minor quoque volatilitas, ſi cum fixioribus metallis amalgametur: quae quidem circumſtantia rectificationem eius a commun. ☿ii ſuperfluo adiuuat.* Longe plures vero, eosque inſignes huic ♁ii ☿io vſus tribuit IACOBI, Profeſſor quondam Erford. (*in diſſertat. de reg. ♁ii ſtellato*) vbi p. 23. Theſ. IV. egregia haecce extant verba: *Hic autem ☿ non ſolum magna vi pollet in extrahendis metallorum ☿iis, ſed etiam in re medica mira praeſtat in morbis funditus eradicandis et repellendis: coniunctus enim cum aliis metallis, inprimis, ex quibus elicitus, aut ſemel amalgamatus prae caeteris cum ☉e et ☽, et philoſophice tractatus, redigitur in 🜍em albiſſimum et rubicundiſſimum, qui tanquam vniuerſale in omnibus morbis adhiberi poteſt. Et, quod magis admirandum, huic 🜍i. ppto ☿ currens ſi addatur, coagulatus ſubito absque vllo △e exiſtit.*

§. 18.

Ad principium arſenicale, quod ♁io ineſſe, ſupra (§. 12.) dixi, deſcendendum nunc erit, de quo quidem ſtatim in limine monere fas eſt, illud ſibi ſoli relictum non tam facile, ac enarrata hactenus (§. 13-17.) ♁ii principia, prodire in conſpectum, quia arctiſſimo cum partibus regulinis ♁eisque vinculo copulatum eſt, hinc admodum difficulter quoque ab iisdem ſeiungi, atque in ſublime ferri, ſine horum conſortio, vnanimis fere atque conſtans ſolertiſſimorum Chymicorum, qui ſuas de hoc minerali reliquerunt obſeruationes, eſt opinio. Nemo igitur tam rudis atque perfrictae erit frontis, vt ideo quod principium hoc arſenicale difficulter admodum ſeorſimſiſti queat, ad eius non exiſtentiam argumentari velit, quin potius inconcuſſa atque ſtabili experientia quotidie edoceamur, perſaepue partes quasdam in corporibus naturalibus mixtis aſſumendas eſſe, quia ex effectibus earum concludere praeſentiam omnes circumſtantiae iubent. Quae quum ita ſint, in procliui erit oſtendere, cum varia ♁ii producta ſimilem

cum arſenico edant effectum, hoc in ♁io vt exiſtat, ſine fallaciae metu poſſe aſſumi. Iam vero vel in vulgus notum eſt, arſenicum minima quoque doſi deuoratum, vomitiones excitare grauiſſimas, cardialgiam, inflammationes partium internarum, et quae ſunt reliqua truculenta huius farinae ſymptomata. Cum itaque flores ♁ii, ſiue per ſe ex ♁io crudo aut regulo, ſiue ope aquilae philoſophorum, vel alio modo parati, porro hepar ♁ii, crocus metallorum, vitrum ♁ii, imo ipſe regulus, vim obtineant emeticam, ſymptomata grauiſſima haud raro inducentem; a ſimilibus igitur effectibus hiſce ad ſimiles cauſas concludere licebit.

§. 19.

Praeter recenſitum modo effectum (§. 18.), in quo, tanquam in tertio, arſenicum, et laudata iſta ♁ii producta (l. c. circa finem) aliquo modo conueniunt, plura adhuc alia in promptu ſunt phaenomena, ex quibus principium arſenicale luculenter deriuari poteſt. Praecipua inter haec ſunt:

1) Inſignis vitri ♁ii et vitri ♄nini arſenicalis conuenientia: parum enim tam ratione coloris, quam ratione efficaciae emeticae, a ſe inuicem differunt.

2) Potentia ♁ii, eiusque reguli, omnia metalla, auro excepto, corrodendi, deuorandi, in ſcorias redigendi, etc. (§. 7.).

3) Regulus ♁ii, cum 🜍e communi reiteratis aliquot vicibus in ♁ reductus, tale exhibet, in quo vis emetica notabiliter imminuta atque caſtrata obſeruatur, quamuis eadem producta (§. 18. circa finem) inde conficiantur.

4) Peculiaris principii 🜍ei facultas, arſenici aeque ac dictorum ♁ii productorum (l. c. n. 3.) virulentiam mirifice cicurandi atque corrigendi, cuius quidem rei ♁ hac via regeneratum, atque arſenicum rubrum, documenta foenerant omni exceptione maiora.

5) Ex-

5) Exacta phaenomenorum, ſi ♁ et arſenicum cum Φo in △e aperto tractentur, correſpondentia: experimenta enim hac ratione inſtituta oſtendunt, Φi inflammabilitatem, foetorem, colorem, atque vim corroſiuam ab vtroque mirum in modum augeri, cum tamen alia corpora inflammabilia dictas ✚di Φoſi qualitates vel minuant, vel etiam prorſus infringant.

§. 20.

Terram in ♁io deliteſcere, variis quidem experimentis euinci liceret, niſi duo haec momenta ad eius demonſtrationem ſufficere poſſe crederem:

1) quod ♁ copioſo abundet 🜍e (§. 12.), nullum vero 🜍 🜃ae expers deprehendatur

2) quod minerale hoc certo modo, vti ſatis id conſtat, tractatum, tam facile in vitri aemulam abeat ſubſtantiam, omnia vero vitra 🜃m atque ⊖ pro baſi agnoſcant.

§. 21.

Tandem et ⊖inum mineralis huius principium ſicco pede non eſt praetereundum, huius enim occaſione non leues inter chymicos exortas memini diſſenſiones, variasque pro et contra in medium prolatas rationes, an ex defectu verae ſcientiae chymicae, an vero ex nimia erga infidos aliquot proceſſus confidentia, iam non dicam. Haec vero lis vt dirimatur, determinandum prius erit, an fixum eſſe debeat hoc ⊖, an vero volatile? poſterius enim omnino tunc concedimus, prius vero ♁io denegamus, ob has potiſſimum rationes:

1) quod tam ♁ crudum, quam regulina eius ſubſtantia, ignis torturam non ſuſtineant, ſed in fumum potius reſoluantur, inque auras auolent.

2) quod ♁ aeque ac regulus malleabilitate ac ductilitate deſtituantur; hae eſſentiales vero metallorum qualitates cum a 🜍e magis cocto, atque ⊖e fixo, arctiſſimo

 nexu

nexu cum partibus ☿ialibus copulatis, ducant originem, firmam hinc ſatis eſſe concluſionem arbitror, ♁ ⊖e fixo neutiquam eſſe donatum.

Neque eorum opinioni immorari placet, qui ∽m ✠dum ex hoc minerali ſub titulo ✠ti ♁ii prouocatum, pro principio huius mineralis ⊖ino venditant, cum ∽ hic ✠dus, qui 🜍i ♁ii ineſt, partem 🜍is efficiat conſtitutiuam, adeoque ſine tautologia ſeorſim numerari nequeat. Curioſum interea omnino eſt, quod KERKRINGIVS *(in den Anmerkungen über B. V. Triumphwagen des ♁ii p. m. 40.)* adducit phaenomenon, 🜎 poſt ſ͡ionem ✠ti ♁ii remanens (*) inſignem noui ∽ regenerati largiri quantitatem.

§. 22.

Upereſſet, vt de cuiusuis partis ♁ conſtituentis (§. 12-21.) proportione, in reſpectu ad reliquas, pauca quaedam diſſererem. Verum enim vero cum non quoduis ♁ ſemper eandem partium exhibeat proportionem, inſuper quoque, experimentorum chymicorum ope, exacta ſeparatio adornari vix queat, de hac proportione, ſecundum hanc methodum, certi quid adſtruere et determinare non audeo. Si tamen ſtatuendum quid eſſet, hoc negotium legum hydroſtaticarum adminiculo melius forſitan perficiendum eſſe crederem: ſi nimirum inueſtigaretur, quantum ponderis tam ♁ crudum, quam quodlibet horum corporum ſimplicium, in ȣio mixtorum, ſub certo quodam volumine, in dato quodam fluido, v. g. aqua etc. amitteret, reliquum poſtea per calculum rigide euoluendo. Huic quoque fundamento, quam ſtatim annectam, tabula eſt ſuperſtructa, in qua corporum deſignatorum pondus in aere 1000. grana aequare, aſſumitur, quantum vero ſub hoc volumine et pondere in aqua ſubmerſa ponderant, ſequentes numeri exhibent:

Gran.

* Si nempe 🜁i liberiori per tempus exponatur.

	Gran.		Gran.
Aurum finum	944.	Reg. ♁ii ſimpl.	848.
☿ curr. -	932.	Arſen. nativ.	817.
♄ - - -	911.	*Scherben Coboldt.*	817.
☽ cupellata	906.	Vitrum ♁ii	
Wismuthum	905.	comm. - - -	809.
🝍 factit.	903.	♁ crudum - -	728.
🝍 nat. pur.	898.	Arſenicum album	727.
Zincum -	890.	Reg. medicinal.	
♀ - - -	880.	comm. - - -	715.
♂ - - -	873.	Auripigmentum	706.
♃ fin.	866.	🜍 minerale comm.	507.

§. 23.

Mediante hac tabula (§. 22.) proportio partium ♁ conſtituentium, ſecundum principia hydroſtatica et arithmetica, ſequentem in modum poteſt erui. Ponamus v. g. inueniendam eſſe quantitatem 🜍is et reguli in volumine ♁ii crudi, 1000. grana pendente, obuiam, et calculus ita inſtituitur:

1) A pondere 1000. granorum, quod corpora haec in aere aequant (per hypoth. §. 22.) ſubtrahatur pondus eorum, in aqua ſubmerſorum, obuium (l. c. Tab.), et differentia indicabit pondus eorum, in aqua amiſſum, quod nimirum a fluido ſuſtentatur.

2) Reguli decrementum ſubtrahatur a decremento 🜍is

3) Idem reguli decrementum ſubtrahatur quoque a decremento ♁ii

4) Haec differentia (n. 3.) multiplicetur per 1000. tanquam pondus aſſumtum.

5) Productum (n. 4.) emergens diuidatur per differentiam 341. (n. 2.), ſic quotus indicabit quantitatem 🜍is in 1000. granis ♁ii obuiam.

Pondus

Pondus in aëre.

	Gr.		Gr.		Gr.
	1000.		1000.		1000.
Grauitas	848.	Grauitas	728.	Grauitas	507.
reg. in ▽.	152	♁ii in ▽.	272	🜍is in ▽.	493

2) Decrementum 🜍is 493
\- - - - - reguli 152
341

3) Decrementum ♁ii 272
\- - - - - reg. 152
120

4) 1000
120
120000

5) 341 | 120000 | 351 $\frac{309}{341}$
1023
1770
1705
650
341
309

§. 24.

In 1000. gr. ♁ii crudi ergo, ceteris paribus, 351. $\frac{309}{341}$. gr. 🜍is latitant (§. 23.): Eadem ratione et reliqua ♁ii principia poſſunt inueniri. Conf. MEVDERI *Analyſ. ♁ii phyſ. chym. ration. p. 15.* An obſeruationes et experimenta cum ☽ et ♀ere, a B. LEVTMANNO, Acad. Sc. Petropolit. Mechan. et Opt. Profeſſore meritiſſimo, inſtituta, etiam ad partes ♁ii conſtitutiuas applicari queant, experimentis, ob breue tempus, quod ſpecimen hocce elaborandi mihi ſuppetiit, determinare nondum potui. *Vid.* COMMENT. ACAD. SC. IMPERIAL. PETROP. *Tom. III. p. 138.*

§. 24. Ex-

§. 25.

Explanatis hactenus (§. 13.-21.), quae minerale hocce famigeratiſſimum componunt, de eius nunc quoque virtutibus, in medicina plane inſignibus, in procliui erit iudicare: craſſiſſimus enim, qui multos ſeculo adhuc elapſo tenuit, error (vid. praef.) tam alienus hodie eſt ab omnibus verae ſcientiae chymicae cultoribus, vt potius pro incomparabili ſanitatis fonte illud habeant atque declarent: interim tamen et hoc fateri fas eſt, pauca adhuc in hoc globo terraqueo inueniri corpora, quae ſub illa, qua comparent facie, tam bona ac ♁ ſint medicamenta, in morbis pertinaciſſimis ſumme proficua; ſub alia vero facie ſumma truculentaque euadant venena.

§. 26.

Ad priorem aſſerti huius (§. 25.) partem quod attinet, hodie, incomparabili ita praeeunte KVNCKELIO, apud omnes celebriores fere Medicos conſtat, ♁ crudum ſubtiliſſime 🝫iſatum, ſiue per ſe, ſiue cum aliis 🜃eis, abſorbentibus, 🜍eis, etc. vocetur in vſum, in atrophia, ſcabie rebelli, lue ♀ea, doloribus et contracturis articulorum, etc. cum inſigni ſaepe prodeſſe emolumento, id quod notatu dignis lectiſſimisque exemplis, neceſſitate id poſtulante, comprobare valerem. Non ſine ratione igitur ſufficienti morſuli ſic dicti reſtaurantes KVNCKELII diſpenſatorio Brandenburgico inſerti deprehenduntur; recentes enim, nec tractu temporis rancidi facti, ſi diſpenſentur, in arthritide a quamplurimis, cum hoc morbo conflictantibus, inſigni cum leuamine eosdem fuiſſe adhibitos certo noui. Conf. KVNCKELIVS *(in Laborat. chym. p. 432. ſqq.)* REISEISSENIVS *(in diſſertat. de ♁ii crudi in medicina vſu).*

§. 27.

Morſulis KVNCKELII (§. 26.) ad latus poni merentur pilulae antifebriles, quas in EPHEMER. N C. *(Cent. VI.*

O. 40.) communicauit GER. ARN. DE VINQVEDES. Sunt autem tales:

Rec. ♁ii crudi ℥iß.
Cort. chin. de chin. ʒiij

℥iſentur ſingula ſeorſim, et ex mixto cum Syrup. Card. ben. fiant pilulae, aut potius globuli, ad pondus ʒij.

Vſus harum pilul. ex praeſcripto autoris ita inſtituendus eſt, vt praemiſſo vomitorio, poſtea per IX. dies mane et veſperi vna tantum deglutiatur, atque vini Burgundici vnciae aliquot ſuperbibantur. Febres omnis generis maxime rebelles atque pertinaces certo certius, continuato harum vſu, abigi atque feliciter curari (*) ſancte affirmat earum inuentor.

§. 28.

Reſtat, vt alterum aſſerti membrum (§. 25. ſub finem), ♄ nempe crudum paucis ſaepe immutatis in virulentum detorqueri venenum, et hoc iterum noua accedente mutatione, in efficacem transmutari medicinam, paucis adhuc declaremus: Huius vero propoſitionis veritatem euincunt, quae ſequuntur experimenta:

1) Fundatur ♄ vel diuturnius paulo per ſe, vel adiecta dimidia ⦶i parte, et ſtatim virtus eius medicamentoſa in veneni indolem tranſmutata erit.

2) Sumatur porro ♁ii crud. q. p. calcinetur l. a. in patina figulina, et impetratur calx eiusdem omnis fere virulentiae expers; quamprimum vero fortiſſimo funditur △e, tam enormis virulentiae generatur vitrum, vt pauca eius grana vehementem vomitum cieant, imo, ſi maiori paulo propinetur doſi, lethales ſpaſmos, aliaque (§. 18.) inducere conſueuit.

3) In vulgus notum eſt, praeſtantiſſimum vtiliſſimumque ♁. diaphoret parari, ſi ♁ii crudi pars vna cum tribus ⦶i dep. partibus detonetur; ſin vero in anatica portione ♄ et ⦶ miſceantur, atque eadem ratione deflagrent, crocus metal-

(*) Tutius erit, in minori quantitate bolos hoſce exhibere.

metallorum Rulandi producitur, qui ad grauiſſimas vomitiones excitandas validiſſimus exiſtit; imo egregium iam laudatum ♁ diaphoret. item ceruſſa ♄ii, bezoardicum minerale etc. veneni induunt naturam, ſi de nouo cum vna ⦶i parte, carbonum puluere, vel pinguedine quadam in △e fundantur.

4) Si regulus ♁ii ſimplex et ♂tialis cum dimidia ⦶i parte in △e aperto tractentur, nata inde producta multum adhuc vomitoriae efficaciae cuſtodiunt; quando vero dicti reguli cum tripla ⦶i portione fundantur, regulus ſimplex albiſſimum ſuppeditat ♁ diaphor. quod alias ceruſſa ♁ii audit, regulus ♂tialis autem nobiliſſimum ♁ ♂tiale cachecticum, inſigne profecto aperiens et diaphor. largitur. Conf. B. HOFFM. *obſeruat. phyſico-chym. p. 274. ſeqq.*

§. 29.

Rationem vtriusque virtutis, medicamentoſae nimirum et virulentae, in ♁io obuiae (§. 28.), vt eo melius euoluere liceat, ſequens ſtabilienda prius eſt obſeruatio, corpora nempe 🜍ea inſigni gaudere potentia, ⊖ium acriorum, corroſiuorum, imo ipſorum venenorum in corpus noſtrum actionem refrenandi, imo prorſus impediendi. Ex infinitis exemplis, quae hac de re in medium proferri poſſent, pauca modo, eaque notiſſima, adducam.

1) Herba piperitis, per ſe comeſta, acerrimum linguae imprimit ſaporem, imo haud raro veſiculas ibidem excitat, quando vero cum butyro pani illinitur, gratiſſimum praebet edulium.

2) Venena aſſumta, corroſiua, copioſa lactis, aquae calidae pinguis, 🝆orum expreſſorum non rancidorum potatione, ſi primas vias adhuc obſeſſas teneant, haud raro ita infringuntur, vt triſtiſſima mala, certo certius inde obortura, vt et mors ipſa, ſimpliciſſimis hiſce remediis auertantur.

3) Spiritus minerales 🜖di, vt ⁓ ⊖is, ⦶i, 🝆 ⊕li etc. ope ſ. q. 🜅 rectificatiſſimi, talem in modum fiunt manſueti, vt ad 20 - gtt. ſine noxa propinentur.

 4) Ar-

4) Arſenicum, (*) infame illud venenum, cum aequali 🜍is mineralis vulgaris parte remixtum, atque leni △e liquefactum, in maſſam omnis fere virulentiae expertem transmutatur. Simile quid de regulo quoque ♁ii obſeruare licet: hic enim cum aequali 🜍is miner. communis quantitate decenter fuſus, draſticam ſuam ſtatim exuit virtutem, talemque in modum eneruatur, vt ſine vlla noxa ad ʒß. et vltra a canibus deuoretur. vid. HOFFMANNVS l. c. p. 277.

§. 30.

Cum igitur ♁ ſit corpus minerale ex 🜍e miner. ſui generis, (§. 13.-15.), ſubſtantia ☿iali (§. 16. 17.), partibus arſenicalibus (§. 18. 19.), atque terra (§. 20.) progenitum, virulentiam ſuam omnem, ſi quam exſerit, mutuans, a partibus ☿ial. atque arſenicalibus, vel 🜍e orbatis, vel ab eodem diſſociatis, vel etiam 🜲ialibus, ope arſenicalium diſſolutis, 🜍 vero minerale arſenicum figendi edomandique gaudeat potentia (§. 29. n. 4,), in aprico iam poſita eſt ratio, quare ♁ crudum, in quo 🜍 amicabili vinculo cum ☿iali, hinc et arſenicali ſubſtantia vnitum eſt, innoxium prorſus, omnisque virulentiae expers cernitur (§. 26. 27.); contra vero, quicquid 🜍 in ♁io deſtruere, a regulinis atque arſenicalibus ſeiungere, vel

(*) Famoſiſſimum hocce venenum in Misnia non procul a pago *Ehren-Friedrichsdorff, auf der Geuersbergiſchen Hütte* in ſylua ex minera gryſei coloris, quae cobaltum, german. *Fliegenpulver* audit, dum ex eodem Smaltum, german. *die blaue Farbe*, conficiunt, ſub forma pulueris albi, fornacis parietibus appoſiti, ſimul obtinetur. Tres eius ordinarie habentur ſpecies: 1) arſenicum album cryſtallinum, 2) citrinum, 3) rubrum. Prius ſimplici modo fuſione in crucibulis tectis e laudato 🜺e albo, german. *Gifft-oder Arſenical-Mehl*, △e fortiſſimo facta, impetratur; alterum prouenit, ſi X. partes pulueris arſenicalis albi, cum vna 🜍is miner. vulgaris parte fundantur: tertium denique, arſenicum nempe rubrum, prodit, ſi X. dicti pulueris partes cum duabus 🜍is miner. partibus eadem ratione tractentur. conf. laudatus HOFFMANNVS p. 264. et ſeqq.

vel ita immutare valet, vt partes arſenicales ſui iuris fiant, illud etiam virulentam facultatem ♁io conciliare valet. Iam facile phaenomenorum (§. 28.) reddi poterit ratio: ſiue enim ♁ per ſe, vel cum dimidia ⦶i parte fundatur, ſemper deſtruitur principium 🜍eum, et cum ⦶, fugato hac ratione ∽u eiusdem ✝do, alcalicam induat naturam, ⊖ia vero alcalica fixa in corpora 🜍ea potenter agendi habeant ius, (per exper. chym.), eo ipſo partes regulinae atque arſenicales, a compedibus 🜍is liberatae, virulentam naturam adſciſcunt. Sic quoque cauſam phaenomenorum (l. c. n. 4.) vero ſimillimam exiſtimo, quod ⦶, in minori quantitate adhibitum, fixius adhuc in regulo latens 🜍 ſeiungat atque diſſipet, quo facto pars ⦶i alcalina fixa remanentes partes arſenicales exſoluit, vt ſeorſim nunc agere queant: ſin vero maiori quantitate aſſumitur ⦶, pars eius inflammabilis non omnis difflatur, quia tanta in regulo 🜍is fixioris, ad omne incendendum ac deflagrandum, non adeſt quantitas; aggreditur ergo portionem arſenicalem, eamque vel conſumit, vel deſtruit; poſito vero, quod partes quaedam arſenicales remaneant, illae tamen, interpoſitis alcalino-calcareis, abſconduntur quaſi, ſatisque hac ratione, quia ad immediatum contactum cum regulinis arſenicales non perueniunt, coercentur atque manſuetiores fiunt.

§. 31.

Huic igitur fundamento (§. 27.) omnia medicamenta ex ♁io parata, ſi innoxia, morbisque debellandis idonea eſſe debeant, vt innitantur, nemo non videt. Quae cum ita ſint, vix amplius mirandum eſt, vniuerſa apud autores medicamentorum ♁ialium occurrere agmina (vid. Praefat.), inter quae locum infimum haud occupant illa, quae *Tincturarum* nomine venire ſolent. Duplicis generis varii Chymici has tincturas ſtatuunt, quarum alteram ſiccam, alteram vero liquidam appellant. De poſteriori maxime iam mihi eſt ſermo. Voco autem liquidam hanc ♁ii R̄am medicamentum fluidum ⊖ino ∽uoſum, 🜍e ♁ii impraegnatum.

 §. 32. Cum

§. 32.

Cum R̄ae ♁ii 🜍e eiusdem praegnantes eſſe debeant, (§. 31.), Chymicorum vero non pauci illud totum quantum ſolaris eſſe naturae crediderint, factum hinc eſt, vt innumeris modis 🜍 hocce aſſequendi, inque R̄ae formam cogendi ♁ tractauerint, vt vel IVNGKENIVS ſolum (*in corpore pharmac. chymico-med. p. 1135. ſqq.*) ad XXX. modos conficiendi easdem conſignauerit. Omnes autem fere eo vltimato tendunt, vt medicamentum hoc vel ex ipſo ♁io crudo eiusque vitro, vel floribus diuerſimode paratis, vel regulis, horumque ſcoriis elaborare, variisque menſtruis, tam ✚dis, quam 🜍eis, extrahere iubeant.

§. 33.

Dicta (§. 31.) vt eo magis eluceſcant, vnum alterumue exemplum allegare operae pretium erit. Primum itaque eſto, quod BASIL. VALENT. (*im Triumphwagen des ♁ii p. m. 369. ſeqq.*) ſequentem in modum reuelauit:

Nimm des reinen Glaſes vom ♁io, wie ich denn gelehret habe zu machen, ohne einigen Zuſatz, oder Compoſition, reibs ſubtil und klein, unbegreiflich wie ein Mehl, thue ſolches in ein Glas mit einem flachen Boden, geuß darauf einen guten ſcharffen wohl rectificirten deſtillirten Eſſig, und ſtells in gelinde Wärme, oder Sommers Zeit an die Sonne, ſchwenge es alle Tage ein oder zweymal wohl durcheinander, und laß in ſolcher gelinden und ſubtilen Wärme ſtehen, und digeriren, bis der Eſſig ſich ſo ſchön hochgelbe gefärbet auf die Röthe, wie ein ſchön, klar durchgegoſſen Gold, darnach wenn ſolches vollbracht, ſo gieß die Extraction ab, ſchön, rein und klar, und geuß andern oder neuen Eſſig darauf, ſtells in die Wärme, und extrahire, wie zuvor, geuß abermals ab, und procedire, oder wiederhole das Aufgieſſen und extrahiren ſo offt und lange, bis ſich kein Eſſig gar mit nichten mehr färben will: ſo nimm dann die geſammlete Extraction, filtrire ſie klar durch, thue ſie in einen Glaßkolben, ſetze einen Helm darauf und deſtillire aus dem Bade der heiligen

keuſchen

keuſchen Iungfrauen Marien den ✠ herunter, bis ein rothgelbes trockenes Pulver dahinten bleibet. Auf dieſes ♁ geuß zu etlichen malen ein rein deſtillirt Regenwaſſer, iedesmal von neuen, und deſtillirs wiederum davon, ſo kommt die acetoſitas *gar wieder davon, und bleibt ein ſüſſes liebliches ♁ dahinten. Dieſes ♁ reib ſehr klein auf einem Glaſſe, oder Marmel, welches Glaß oder Marmel zuvor angewärmet ſey, thue es abermals in ein neues Glaskölblein, geuß darüber 3. Finger hoch den beſten* 🜋, *aufs höchſte rectificiret, ſo man haben kan, ſtells abermal in die Wärme, wie zuvor, ſo wird ſich die Tinctur des Spießglaſſes ausziehen, mit Verwunderung, ſchön hoch und roth, und läſterliche* Feces *oder* Terram *dahinden ſitzen.*

Hunc BASIL. VALENT. proceſſum imitatus eſt ZWELFFERVS, niſi, quod loco ☩ti ⌒m oris, ex aere viridi ☊tum, pro prima ♀is ex vitro extractione, recipiat. QVERCETANVS loco vitri ♁ii recipit flores reguli ſimplicis, vel ♂tialis, iisdemque in vaſe clauſo per aliquot dies reuerberatis, acetum ☊atum affundit, hinc quoad cetera BAS. VAL. imitando. Dantur et medicorum nonnulli, qui ♁im ♁ii cum forti ⊖is ♀i lixiuio decoquunt, lixiuium, hac via ♁ii ♀e imbutum, inſpiſſant, et cum 🜋 rectificatiſſimo elegantem R̄am ♀iſatam extrahunt.

§. 34.

Cum ſcopus, quem mihi propoſui, eo non redeat, vt omnes ac ſingulas ♁ii, ad ♀ ſuum dimittendum, praeparationes, apud autores hinc inde occurrentes, prolixe recenſeam, ſed nonnullas modo, quas de genuino tincturarum ♁ialium menſtruo inſtituere licuit, obſeruationes, communicandi ſit animus, quae, vt eo diſtinctius enodari queant, exempli loco ſic dictam R̄am ♁ii ♀iſatam, et illam, quae acris vocatur, cum aliquot cautelis, circa hos proceſſus a multis quidem neglectis, ſcitu et obſeruatu tamen ſumme neceſſariis, examini, ea, qua fieri poteſt, breuitate, ſubiiciam. Optime autem ſequentem in modum conficitur

Tinctura ♁ii 🜿iſata

1) ⊖is 🜿i puriſſimi et ſicciſſimi, vel ⊖is acerrimi, ex calce viua et ⊖e 🜿i parati, partes tres, et ♁ii crudi optimi (§.9.) ſubtiliſſime 🜿iſati pars vna, in mortario paululum calefacto intime miſceantur, vel, quod fere melius, ⊖ 🜿i et ♁ ſeorſim pulueriſentur. Si prior modus placuerit, tunc

2) Mixtum hocce (n. 1.) partitim ad ℥j crucibulo, inter carbones l. a. collocato et candefacto, ingeratur, per integri bihorii ſpatium et diuturnius, ſi crucibuli metuenda non ſit ruptura, tali ignis gradu, vt inſtar ▽ae fluat, detineatur, vt omnes partes 🜍eae ac regulinae eo melius reſoluantur et ſubigantur; ſin vero poſterior modus (n. 1.) adriſerit, ⊖i 🜿i, probe antea in crucibulo liquefacto, ♁ ad ℥ß pro vna vice ſuperingeratur, ne ob grauitatem ſuam ſpecificam maiorem fundum petens in grumos fatiſcat, et irreſolutum maneat. Omnibus ſic ingeſtis, mixtura

3) Elapſo hoc tempore (n. 2.) indicato, ſi materia inſtar ▽ae fluat, in mortarium ferreum, probe antea calefactum, effundatur, et, quantum fieri poteſt celeritate, diligenter eadem contuſa indatur vitro commodo, antea itidem probe calefacto et tertia vel quarta menſtrui parte, ad praeſcindendam nimiam materiae cum vitri parietibus cohaeſionem, repleto, et 🜈 rectificatiſſimo atque oleoſo, q. ſ. affuſo, biduum ſ. a. digeratur, quo facto R̄am inuenies inſtar ſanguinis rubicundam, 🜍e ♁ii abunde ſcatentem, talemque in modum ſaturatam, vt olei fere exhibeat conſiſtentiam.

§. 35.

Cum R̄a ♁ii acris vel ex ſcoriis reguli ♂tialis depurati ſuccineis, vel ex integro regulo, in ſcorias conuerſo, parari poſſit, eius tam elaborationem, quam depurationem, breuiter annectere liceat. Vtraque autem ſequentem in modum abſoluitur

1) Chalybis fruſtulorum, calami ſcriptorii craſſitiem, et dimidii digiti longitudinem, ſi commode haberi poſſint, aequantium, aut horum loco fragmentorum clauorum, quibus

bus ſoleae equorum affiguntur, libra ſemis, crucibulo bonae notae immittatur, et igne ſucceſſiue aucto, tandem eo vsque intendatur eius gradus, vt totum crucibulum cum contenta chalybe candeſcat.

2) Chalybe exacte candente (n. 1.), ingeratur ♁ii g. m. contuſi libra vna, et vel per ſe, vel, quod liquationem et fuſionem inſigniter promouet, adiecta ſimul ⊖is alcalici puri et ſicci vncia vna vel altera, △e tunc fortiſſimo vrgeantur, vt inſtar aquae fluat mixtura, quo ſigno apparente, in conum fuſorium, ſebo, vel cera, vel oleo modice intus illitum, effundatur. Sic regulus ♁ii ♂tialis, ob grauitatem ſpecificam ad coni fundum deturbatus, atque a ſcoriis, dum omnia refrixerunt, mallei ictu ſeparandus, impetratur.

3) Hic regulus (n. 2.), vt vlterius purgetur, ſtellatusque euadat, ſubtiliter pulueriſatus denuo fundatur, eique fluenti ⦶i dep. ſicciſſimi ʒß pro vna vice ſuperingeratur, portiuncula hac detonata, tantundem denuo iniiciatur, donec ad reguli ℥jv. ⦶i ʒvj. fuerint adiectae. Scoriae hoc modo naſcentes admodum tenaces, et non, niſi △e fortiſſimo, ſunt fuſiles, quam ob rem etiam ſaepius bacillo ferreo ſunt detrudendae, vt reguli fluentis attingant ſuperficiem, ita enim ſine mora liqueſcunt, quo viſo in conum fuſorium celerrime effundatur materia fluens, omnibus tandem frigefactis, a regulo ſatis iam nitido, et haud raro ſtella iam ornato, ſcoriae decutiantur.

4) Prima iam vice depuratus regulus nouo immittatur crucibulo, et denuo cum ⦶i dep. et ſicci vncia vna, eodem modo (n. 3.) ingeſta, fundatur, et quam primum ad limpidiſſimam tenerrimamque fuſionem omnia fuerint redacta, in conum fuſorium effundatur ſtatimque in lateribus mallei aliquod ictibus percutiatur, et impetrantur ſcoriae flaueſcentes, ſuccinum quodam modo aemulantes, nitide, ſi l. a. operatio fuerit adornata, iam pellucidae, regulus autem candidus, argentei coloris, mireque ſtellatus apparebit.

5) Candidus hic regulus et pulchre iam ſtellatus (n. 4.) nouo crucibulo impoſitus, tertia vice cum ⦶i puri et ſicci ℥iß ad limpidiſſimam tenuiſſimamque fuſionem redigatur. Fluens hoc modo materia, demum in conum fuſorium effuſa, refrigeſcat; quo facto, ſub ſcoriis eleganter pellucidis tenerrimisque, regulus non modo pulcherrime in ſuperficie ſtellatus, ſed et radiis ſtriisque in lateribus vbique haud raro adhaereſcentibus ſuperbiens, hancque ob rem tantopere decantatus inuenietur.

§. 36.

Enchireſibus dictis (§. 35.) paucisque aliis exactiſſime obſeruatis, rariſſime contingit, quo minus Alchymicorum hocce miraculum in conſpectum veniat: plus vice ſimplici enim comperimus, ineptam ac fundamento deſtitutam eorum eſſe opinionem, qui arcanos et inauditos effectus vbique proclamantes, ad certos conſtellationum poſitus, planetarum influxum, coeli temperiem, aliasque huius farinae circumſtantias, in hac operatione, felici cum ſucceſſu adornanda, anxie reſpiciendum eſſe, inculcant. Plura cupientem remittimus ad Ill. STAHLIVM (*in Opuſc. phyſ. chym. med. p. 502. ſeqq.*).

§. 37.

Duplex modus igitur R̄am ♁ii acrem parandi (§. 35.) talis eſt: ſcoriae pellucidae ſuccineae (l. c. n. 4. et 5.) calentes adhuc in mortario calidiſſimo in ℥em ſubtiliſſimum contuſae, vaſi commodo, itidem paululum calefacto, immiſſae, 🜈 rectificatiſſimo purif. vel oleoſo infundantur, et blandae digeſtioni per 3 ♂ ρ committantur. Sic R̄a colore rubicundiſſimo tincta, praecedente ♀iſata (§. 34.) tamen acrior, emerget.

Aliter.

Reguli ♁ii ♂tialis alchymiſtici, ſiue ſtellati (§. 35. n. 5.), et ⦶i cryſtallini ſicciſſimi partes aequales ℥iſatae mixtaeque in crucibulum candens ſucceſſiue ingerantur, factaque aliquali detonatione △ gradatim augeatur, donec

▽eam

▽eam fluiditatem exhibeant, atque regulus in ſcorias ſit redactus, tandem vero celerrime effuſa materia, in mortario ferreo calido ſine mora ſubtiliter ♁iſata, eodem modo cum 🜈 rectificatiſſimo vel purificato, vel oleoſo tractetur.

§. 38.

Quando regulum ♁ii ſtellatum ad conficiendam Ram ♂ii acrem eligendum eſſe aſſerui, (§. 37.) ideo hoc non factum eſt, ac ſi arcanos mirandosque effectus illum prae regulo non ſtellato praeſtiturum crederem; ſed quia depuratus hac methodo regulus purius quoque 🜍 in ſinu ſuo fouet atque recondit. Tandem de omnibus recenſitis operationibus (§. 34. - 37.) notari volumus, vt crucibula ſemper operculo, tam ad carbonum aliarumque partium heterogenearum illapſum, quam ad ⊖ium diſſipationem praecauendam, ſtudioſe tegantur.

§. 39.

Iam paucis adhuc ad rationes proceſſus (§. 34.) euoluendas deſcendimus. Requirebatur autem

1) ⊖ 🜿i purum et ſiccum (l. c. n. 1.), quia tam partibus heterogeneis, eidem admixtis, quam humiditate eius in ♂ actioni ponitur obex; 🜍 ♁ii vero ſi non intime ſit recluſum, a menſtruo quoque non extrahitur. Eadem haec ratio quoque recurrit, quare ad partem vnam ♂ii tres partes ⊖is 🜿i ſuaſerim; crebriori enim experientia edoctus ſum, maiorem 🜍is ♁ii hoc modo fieri recluſionem melioremque a reliquis partibus diſſociationem. Quod vero

2) ⊖ 🜿i, et non cineres clauellatos, qui ſine diſcrimine alias ſolent ſubſtitui, commendauerim, itidem non ſine ratione ſufficienti factum eſt: haud enim curatioribus philo-chymicis ignotum eſſe poterit, cineres clauellatos, ſi a liberioris aëris non defendantur acceſſu, ſatis notabilem ⊖is medii, 🜿m ⊕latum aemulantis, abſcondere portionem, quod quidem ſequenti experimento diſcere aliquoties mihi contigit: Cineres clauellatos in ſ. q. ▽ae frigidae

 ſoluen-

ſoluendos curaui, et ſatis purum ſolutio inſpiſſata praebuit ⊖ alcalicum; cum vero reſiduo, in ▽ frigida non ſoluto, ▽m feruidam affuderim, ex ſolutione, ad cuticulam euaporata, ⊖ cryſtallinum amaricans, ♀o ⊕lato haud abſimile, emerſit. Ad genuinam igitur R̄am ♁ii ♀iſatam acquirendam neceſſe eſt, vt ⊖ alcali ab omni ⊖e medio liberum aſſumatur, quia ⊖ medium impedit, quo minus ♀ ♁ii a reliquis partibus, ♁ conſtituentibus (§. 13-21.), extricari queat. Hanc theſin ſequenti iterum experimento vidi confirmatam: ♁ii et ♀i ⊕lati aa. partem vnam, ⊖is ♀i partes duas terendo intime miſcui, hancque mixturam, crucibulo candenti immiſſam, ſimili prorſus modo (§. 34.) tractaui, nihilominus tamen R̄am, vix vino Rhenano colore parem, digeſtione continuata exſurgentem, adeptus ſum.

§. 40.

Omnes tamen hae cautelae (§. 34-37.), vt et aliae, quae communiter ad conficiendas ♁ii R̄as praecipiuntur, ad R̄am tam ſaturatam, elegantiſſimam, olei fere conſiſtentiam exhibentem, impetrandam, neutiquam ſufficiunt, niſi decens menſtruum ſimul vocetur in auxilium. Ne vero nos dicta aliorum celeb. Chymicorum tantum recoquere, vel obſcure, aut indeterminate minimum, de hoc menſtruo loqui, redarguere quis poſſit, ex variis, illud ad hunc proceſſum adaptandi modis, ac felici ſucceſſu tentatis, aliquot notatu dignos communicaturus ſum. Sequentibus autem totum negotium abſoluitur

1) Ad manus ſit 🜈 rectificatiſſimus, ſuper ▽m fontanam, puram, aliquoties abſtractus, vt oleo foetido, quo ſemper eſt inquinatus ſpolietur, et ſtatim egregium harum R̄arum menſtruum erit confectum.

2) *Aliter:* 🜈 dicto modo (n. 1.) purificatus alio nunc principio °%oſo, ſubtili tamen, iterum acui et homogeneus reddi poteſt, quod ita perficitur: In 🜈 hoc modo rectificati et purificati Menſ. duas inſtillentur olei cuiusdam ℜti appropriati drachmae duae, vel tres, atque ſola vitri agitatione

tione accedente miſceantur, ſic menſtruum oleoſum deſideratiſſimum, ad proliciendam ſanguineam ♁ii R̄am, erit paratum.

3) *Aliter:* Hepar ♁ii pro R̄a ♁ii ♀iſata, aeque ac ſcoriae, pro regulina acri paranda, (§.34. n.3. et §. 37.) decenter ♀iſatae, vitroque calefacto inditae, proportionata olei eiusmodi deſtillati (n. 2.) quantitate humectentur, bacilloque motitaudo inuicem miſceantur, quo facto 🜈 rectificat. (n. 1.) ad eminentiam quatuor digitorum transuerſorum adfundatur, blandaque digeſtione, donec ſaturate tinctus ſit, foueatur.

4) *Aliter:* Idem hepar, et eaedem ſcoriae (§. 34. n. 3. et §. 37.) cum proportionata olei cuiusdam quantitate (n. 2.) calentes adhuc in mortario calido, vel ſuper porphyrio calefacto diligenter et ſtrenue terendo, intime miſceantur, quo facto maſſa inde emergens vitro commodo indita, atque 🜈 puro, rectificatiſſimo (n. 1.) ad 4. digitorum eminentiam ſuperfuſo, blandae digeſtioni, donec R̄a ſaturate rubra appareat, committatur.

§. 41.

Duo haec vltima experimenta (§.40. n.3.4.) felicius adhuc ſuccedunt, ſi maſſa, per olei adfuſionem exſurgens, blandae digeſtioni, ad meliorem olei penetrationem, 🜍isque ♁ii diſſociationem iuuandam, per aliquot dies relinquatur, quem in finem expedit, maiorem olei adfundere quantitatem, illamque. digeſtionis termino elapſo, blanda iterum Ωtione euocare. Ne vero ob olea Ωta tam inſigni quantitate adfuſa, pretioſae nimis hae R̄ae euadant, horum in locum cum oleis tantum expreſſis, a calce viua, ⊖e ♀i, vel cineribus clauellatis abſtractis, experimentum tentaui, illaque, certo modo omnino adhiberi poſſe, compertus ſum. Olea enim expreſſa, hac ratione acuta, in diſſoluenda corporum 🜍eorum compage, mira praeſtare, viri celeberrimi iam experimentis notatu digniſſimis comprobauere.

Conf. B. WEDELII (*Pharmac. in art. formam redacta p. 226.*) LANGELOTTI (*Obſeru. 59. Ann. III. Ephem. germ, p. 98.*) TACHENII (*Hipp. Chem. p. 177.*) Excellent. POTTIVS (*in Exercitat. chym. de 🜍e metall. p. 17.*) In omnibus hiſce enchireſibus (§. 34-40.) ſi nihil peccetur, vel omittatur, iuſta inſuper menſtrui quantitas obſeruetur, R̄a adeo euadit ſaturata, vt color eius plane ſit atro-purpureus, et non, niſi ad clarum ſolem, vel candelam appoſitam, in vitro rotundo, cuius diameter vix duos aut tres aequat digitos, pelluceat.

§. 42.

Supra dixi (§. 34. n. 1.) ♁ ad R̄am ♀iſatam inde parandam cum 🜔e quoque cauſtico poſſe recludi, hoc vero mediante ſi 🜍is ♁ii fiat disiunctio, acriorem paulo, imo haud raro cauſticum ſaporem R̄a nanciſcitur, qui et in illa, quae ex ſcoriis reguli ♁ii ♂tialis educitur, (§. 37.) ſatis eſt conſpicuus. Quamuis enim ad extractionem 🜈 rectificatiſſimum adhibendum eſſe indicauerim (§. 34. n. 3. et §. 37.), nemini tamen, qui vel e triuio tantum ſalutauit chymiam, obſcurum eſſe poterit, neutiquam ex puro phlogiſto conſtare rectificatiſſimum etiam vini ſpiritum, quin potius certum ſit atque indubitatum, ex vna eiusmodi ſpiritus libra vix vnam principii vere phlogiſti vnciam poſſe ſeparari, reſiduo nil, niſi phlegma, exhibente. Iam vero phlegma 🜔ia ſoluere aptum eſt (per princ. chym.), aliquam ergo 🜔is huius acerrimi in ſe recipit portionem, quam ob rem potenter reſoluendi atque humores corporis noſtri exagitandi eiusmodi tincturis conciliatur facultas. Quodſi igitur volupe cuidam ſit, 🜔ia haec a R̄a iterum auferendi, ille ſequenti eaque ſimpliciſſima encheireſi voti ſui fiet compos. In vnam R̄ae eiusmodi acris menſuram duae circiter drachmae, vel vncia dimidia minerae ♁ii, vel ſi haec ad manus non ſit, ♁ii tantum crudi in 🝆em impalbabilem redacti, iniiciantur, ſtet quiete per octo pluresue dies vaſculum, et non modo aliqua 🜔is iſtius cauſtici albisſimi portio ad fundum praecipitabitur,

bitur, ſed et vaſis fundum obſidentis minerae, vel ♁ii crudi puluis mirifice reſoluitur et diſſociatur, quod vel color eius ex flauo rubeſcens ſatis ſuperque innuere videtur, R̄a vero ſupernatans ſapore ſuo cauſtico notabiliter deprehenditur orbata et dulcificata quaſi, hinc etiam tutius, ſine ebulitionis metu, intra corpus aſſumitur.

§. 43.

Supereſt, vt tribus adhuc verbis rationem ſaturatiſſimae huius tincturae, ab illa, quae in officinis vulgo aſſeruatur, toto coelo diuerſae, euoluam, hanc vero in menſtruo maximam partem quaerendam eſſe, omnes circumſtantiae iubent. Neque etiam rationis et experientiae fulcro deſtituta eſt haec noſtra ſententia: Si enim ℣ 🝆o ſuo foetido, craſſo orbatus aſſumatur (§. 34. et 40. n. 1.), tunc maior in illo prae non purificato interſtitiorum deprehenditur numerus, adeoque hic modus quippe principiis phyſicis et chym. innitens, vlteriori explicatione non habet opus: quod vero hic ℣ purificat. (§. 40. n. 1.) alio ſubtili principio 🝆oſo exaltatus idem praeſtet (l. c. n. 2. 3. 4. et §. 41.), hoc ita concipere licebit: liquidae ♁iales tincturae 🜍e ☿ii impraegnatae eſſe debent (§. 31.), alia ergo via, ſi principiis et experimentis chymicis inſiſtere cupimus, ſcopus hic obtineri vix poteſt, quam per menſtruum cognatum, homogeneum, i. e. quod pariter ſit 🜍eum, non tamen craſſum, quale eſt 🝆 ℣ foetidum. Huc etiam haud inepte veterum Chymicorum quadrare videntur dicteria: *natura natura gaudet, natura per naturam iuuanda, explicanda, etc.* Maximum vero huic theſi a poſteriori accedit pondus. Ex innumeris fere experimentis, ad hanc rem facientibus, vnum modo vel alterum, cum iam breuitati ſtudere certis de cauſſis propoſitum ſit, in medium proferre liceat. Haec inter primum locum ſibi vindicat mirabilis oleorum in 🜍 minerale vulgare agendi vis atque poteſtas, quod quidem vel ex ſolo balſamo 🜍is vulnerario, cuius quoque deScriptionem, praeter alios, ſuppeditat ROTHIVS *(in der gründ-*

gründlichen Anleitung zur Chymie p. m. 151.) luculentiſſime pateſcit. Porro ⁓ et ℴ℘ terebinthinae ȫ crudum, melius vero adhuc praeparatum eleganter extrahunt. Flores haematitae, cum oleo aniſi, vel alio quodam Ωto infuſi, tincturam largiuntur rubicundam penetrantiſſimam, quae ſimplici cum 🜄 digeſtione nullo pacto elicitur.

§. 44.

Nec deſunt aliorum celeb. Chymicorum, quae noſtram ſententiam confirmant, teſtimonia, e quibus allegare iam ſufficiat B. WEDELIVM *(in Pharmac. in art. form. red. p. 225.)* perbelle notantem: olea vegetabilium ſoluere 🜍a mineralium et metallorum praeparatorum et poroſorum. His incomparabilis in arte ſpagyrica verſatus DIPPELIVS adſtipulatur *(in Tract. vitae animalis morbus et Medicina)* vbi *(pag. 100.)* haec verba leguntur: *Olea deſtillata et rectificata probe, tam animalium, quam vegetabilium, in Solem, Iouem, Venerem et Martem agunt, ſoluendo: neglectis reliquis.* An eodem hoc menſtruo 🜍eo, et quidem animali, aurum ſuum potabile confecerit praeſtantiſſimus autor, prolixe iam non inquiram. Pereximius quoque eſt locus, qui de inſigni menſtruorum 🜍eorum in extrahendis mineralium metallorumque 🜍ibus potentia reperitur apud VIGANVM *(in chym. p 25. ſqq.)*. *A mercurio,* inquit, *obtineo tincturam violaceam, mediante meo menſtruo, quod limpidum eſt, et pingue, et minime corroſiuum, neque cutim, neque veſtimenta corrodens, etc. Per idem menſtruum tinctura elicitur ex marte admodum 🜍ea, continens 🜍 ſuum fixum, et inſtar ſanguinis rubicundum, neque flammam concipiens. etc. Per idem menſtruum ex ſole conficitur tinctura, addendo ⊖ philoſophicum, eiusque beneficio per fermentationem quandam in ſubſtantiam ſpongioſam euadit, infunde alcohol vini, et ſtatim ſine vlla additione aurum ſoluitur in tincturam flauam irreducibilem.* Ex his VIGANI verbis Excell. POTTIVS *(in Exercit. chym. de 🜍ibus metall. p. 19.)* coniectura, non ſine probabilitate, aſſequi annititur, Viganum nil aliud, niſi menſtruum oleoſum adhibuiſſe,

buiſſe, idque eo certius, cum ex laboribus chymicis conſtet, mercurium, cum oleo iuniperi digeſtum, egregiam foenerari tincturam violaceam. Haud minorem quoque attentionem merentur, quae de generoſiſſimo quodam Philochymico narrat idem praeſtantiſſimus autor (l. c. p. 16.). Sancte nimirum illi teſtatus eſt, ſe hac ratione, miſcendo calcem metalli cuiuscunque praeparatam cum 🜔e 🜿i, et digerendo cum 🝆u terebinthinae, non modo omnium metallorum 🜍 in oleum redegiſſe, ſed et ex ☿io, certis enchireſibus purgato, oleum acquiſiuiſſe, quod in tenebris, luminoſi inſtar phoſphori, luxerit. Annotauit quoque ELSHOLZIVS *(in Deſtill. curioſ. p. 36.)* ſpiritum terebinthinae ex cinnabari ſulphur in forma rubicunda per retortam ſecum eleuare. Vlteriorem et ampliorem enucleationem, vt et lectiſſima hac de re experimenta qui cupit, praeter PARACELSI et HELMONTII ſcripta, et citatos iam autores, adhuc adeat POLEMANNVM, in eximio *(de 🜍e Philoſ.)* tractatu, BECCHERI *Phyſicam ſubterran.* DYGBY *Arcan. Med. et Exp. Chym.* STARCKEYI *Pyrotechn.* pluresque alios non inferioris ſubſellii autores.

§. 45.

Ex hactenus allatis ſponte fluit, tincturam 🜿ii, ſecundum praeſcriptam methodum paratam, neutiquam inter alcalicas extractiones, vti de officinalibus 🜿ii tincturis plerumque creditur, eſſe referendam. Equidem non ignoro, autores, dictis 🜿ii tincturis omne 🜍 prorſus denegantes, ad 🜔is 🜿i vtplurimum prouocare tincturam, eleganti colore rubro interdum ſuperbientem. Verum enim vero experimentis euinci facile poteſt, tam partes oleoſo-🜍eas, in 🜔e 🜿i adhuc latitantes, quam 🝆oſas 🜈 partes, per 🜔 alcali euolutas, ad laetam, quam iſtud 🜈 imprimit, tincturam, largiter ſuum conferre ſymbolum, adeoque ſolis particulis 🜔inis adſcribi eandem non poſſe. Si enim 🜔 🜿i, ad ſummum vsque candorem 🜂 tortura calcinatum, cum 🜈 rectificatiſſimo depurato (§. 40. n. 1.) ſ. a. digeratur, leni tantum flauedine imbutus hic apparebit; ſin ve-

ro ⊖ ♀i non adeo fortiter calcinatum, ſed partibus oleoſo-🜍eis quodam modo adhuc praeditum atque 🜋 ſuper ▽m abſtractus, vel ⊖ ♀i fortiter quidem calcin. ſed 🜋 rect. non purgatus adhibeantur, tunc omnino ſaturatior ſatisque elegans impetratur tinctura, id quod euenire quoque ſolet, ſi ⊖i ♀i, in crucibulo pro hoc ſcopo fluenti, puluis carbonum, colophoniae, vel aliud quoddam inflammabile, iniiciatur.

§. 46.

Vt vero, quaenam ſint conſtitutiuae huius noſtrae tincturae partes, curatius paulo determinetur, dico, ex ⊖ino-🜍eo-oleoſo-▽oſis illam conſtare, id quod a poſteriori probatur, ſi ad duas circiter partes tertias 🜋 iterum abſtrahatur, et reſiduo acetum deſtillatum, ⌒ ⊖li, vel ſaturata cryſtallorum ♀i ſolutio inſtilletur, notabilis inde oritur efferueſcentia, atque foetor grauiſſimus ſummeque moleſtus, ceſſante autem ebullitione, elegans ♁ii ſulphur, minori tamen ex tinctura ♁ii acri (§. 37.) quantitate, praeceps ad fundum datur. Oleoſas et ▽oſas in hac tinctura partes nemo, qui notiſſimam 🜋 ſyntheſin, atque analyſin, vt et proceſſus enchireſes (§. 34. 37. 40. 41.) attentius paulo ponderat, in dubium vocabit. Ne vero animum quis inducat, ac ſi ab oleo addito, opitulante digeſtione, ſola tincturae ♁ii (§. 40. n. 2. 3. 4.) proueniat ſaturatio, illi penſitanda relinquo verba BECCHERI *(in Oedip. Chym. pag. m. 68.)*; vbi notanter inquit: *Metallum vlterius, praeſertim extractione ſympathica tractatum, puta per aliquod menſtruum pingue, vt eſt ⌒ terebinthinae etc. et videbis illud diuerſo colore, iuxta diuerſitatem metallorum, tingi, quae ſane tinctura a 🜍e venit, cum inſpiſſata nihil ſalſedinis nobis relinquat, ſed ſiccum 🜍 exiſtat etc.* Experimentum hocce BECCHERIANVM ſuſcepturus inueniet, crocum, vel mineram ♀is menſtruo pingui viridem, ♂tis, rubrum, etc. imprimere colorem, quibus phaenomenis facta a quibusdam obiectio penitus refellitur.

§. 47. Ne-

§. 47.

Neque vero vnicum hoc eſt commodum, quod in extrahendo ♁ii 🜍e, adeoque in iuuanda tincturae eiusdem ſaturatione, praeſtat menſtruum purif. vel oleoſum (§. 40.), ſed et inſuper aliam non ſatis laudandam iſtud tincturis hiſce conciliat virtutem, dum partes regulinas, hinc et arſenicales, a quarum amplexu purum ♁ii 🜍 admodum difficulter, et non niſi peculiaribus enchireſibus diuellitur, vi dictorum (§.29.), inuoluit, cicurat, talemque in modum mitigat, vt omnis a partibus hiſce proficiſcens vis emetica atque nauſea prorſus pereat. Multiplici enim experientia compertum habeo, nonnullos, quibus paratam hac methodo (§.34.37.40 41.) tincturam transmittere debui, eandem ad 150. gutt. et vltra, pro vna doſi ſumſiſſe, me tamen inſcio, nec iubente, nihilominus tamen ne minimum inde ſe percepiſſe nauſeae incommodum, ſancte teſtati ſunt, quod et egomet ipſe poſtmodum, etſi minori doſi illa propinata, bonis cum aliorum aegrotantium rebus confirmatum vidi.

§. 48.

Tandem ad vſum tradita hactenus methodo (§.34.37.40. 41.) paratarum ♁ii tincturarum, qui longe lateque profecto ſe extendit, deuoluimur. Ob blandam enim ſuam balſamicam ⊖inamque, hinc et ſaponaceam vere proprietatem, in numerum optimorum medicam. aper. incident. abſtergent. optimo iure referendae veniunt. Acrimoniam humorum corrigunt, ⊖ia peregrina, fibras vellicantia, obtundunt, ſpasmodicas contractiones leniunt atque tollunt; nobiliſſima vero maxime medicamenta exiſtunt in morbis ab acido et viſcido originem ducentibus, dum viſcidum incidunt, ✚dum temperant, obſtructiones reſerant, ſe- et excretiones promouent, adeoque partes heterogeneas tam per renum colatoria, quam per cutis ſpiracula exturbant. Inſigni itaque cum fructu in plerisque chronicis corporis humani adfectibus adhibentur, vt in morbis ♀eis, fluore albo, ſcabie, ſcorbuto frigido, cachexia, hydrope vlceribus antiquis, foetidis, adfectu hypoch. hyſter. febribus intermittentibus, obſtructione

 men-

menſium, fluxu eorum inordinato, in adfectibus rheumaticis, arthriticis, ♀eis etc. Vſurpantur autem vel per ſe, vbi doſin Rae ♂ii ♀iſatae (§. 34.) non adeo timide offerre decet, poteſt enim ad guttas XL. L. et vltra, modo vehiculo appropr. ſatis diluta ſit, exhiberi; vel cum aliis appropriatis, vt arcano ♀i, Eſſent. ſuccini, ſcordii, cum ♒u bez. Wed. parata, ♒u lumbric., bez. Buſſii, CC. in quo vltimo caſu Ill. STAHLII Ram tonico-neruinam conſtituit, Ra Rhabarb. Elix. pector. Wed. ♒u ⊖✱ci ſimpl., aniſat. cuminat. lauendulat. etc. aliisque maritari poteſt. Sic egregium exſurgit medicamentum in atrophia infantum, induratione glandularum meſenterii, aliquando hectica et phthiſi nondum conſummata, etc. ſumme proficuum, ſi huius tincturae partes ij. cum arcan. ♀i part j. leni digeſtione mediante vniantur. In adfectibus ♀eis, aliisque ſeri et lymphae impuritatibus, virtus harum tincturarum medicamentoſa mirifice exaltatur, ſi gummata balſam. vt gummi guajac. natiuum, maſtiche el. tereb. Ven. ad durit. coct. aliaque, pro circumſtantiis exigentibus ſeligenda, in eadem ſoluantur. Porro non ſine ſingulari emolumento eandem, in laudatis modo affectibus, cum Eſſent. lignorum ſuccincta quidem, aſt efficaciſſima, hactenus adhibui. Hunc autem in modum haec lignorum Eſſentia venit paranda. Rec. Raſur. Lign. guajaci, Saſſafras, aa. vncias quatuor, ſandali rubri, ⊖is ♀i puriſſimi et ſicciſſimi, aa. ℥iß. c. c. adfundatur 🜅 rectificat. dicto modo (§. 40. n. 1.) purgati, poſt modum vero ſuper raſur. ligni Saſſafr. Sem. aniſ. et cort. citri abſtracti, q. ſ. ſic mediante blanda digeſtione per 2. ☌ ☍ continuanda, Eſſentia ſaturatiſſima, gratum linguae ſaporem imprimens, extrahitur. In adfectibus flatulentis hae ♂ii tincturae reliqua carminatiua haud raro longo interuallo poſt ſe relinquunt, maxime vero, ſi menſtruum oleo eiusmodi carminatiuo fuerit acutum. Cum igitur multiplici ratione hae ♂ii Rae cum aliis medicamentis ſelectioribus combinari queant, Medici rationalis iudicio hoc negotium merito relinquendum, adeoque iisdem euoluendis diutius immorari ſuperuacaneum iudico.

* * *
* *

Schon längſt, Hochwertheſter, ſteigt
Deines Ruhmes Glanz:
Seit dem Sophia Dich mit Schmuck
und Lorbeer-Cranz
Den Lehrern beygeſellt, ſeit dem hört man die
Proben
Des Fleiſſes, der Dich treibt, als wunderns-
würdig loben.
Hygea hat dabey mit innrer Luſt erblickt,
Wie ihr beliebtes Chor Dein Werth vortreff-
lich ſchmückt.
Sie both Dir längſt den Lohn: ietzt trägſt
Du ihn mit Ehren;
Und wirſt hinfort auch Dir ſelbſt Glück und
Lob vermehren.

Zu Bezeugung
Seiner ſchuldigſten Hochachtung
Gegen Se. Hochedlen, den Herrn Doctorandum,
Solte
gegenwärtige geringe Zeilen
glückwünſchend beyfügen
FRANCISCVS KERESZTVRY, Med. Cand.
Opponens.

*** *** ***

Du, den die Weißheit längſt gegrüſt, gekannt, geliebt!
Du, dem ſie itzt entzückt den ſchönſten Namen giebt!
Du, deſſen würdgen Schlaf ſo Zweig, als Lob umringen!
Wie ſoll ich Deinen Ruhm, wie Deinen Geiſt beſingen;
Du biſt **Hygäens Sohn**; und biſt es mit Beſtand.
Du haſt den Geiſt ſtudiert, des Cörpers Bau erkannt;
Der Alten Spur erforſcht, die Neuern auch geleſen,
Selbſt Hand ans Werck gelegt, was noch verdeckt geweſen,
Mit vielen Schweiß erlernt. Nun, da Du dieß gethan:
So kommt Hygea ſelbſt, legt ihren Schmuck Dir an.

Du nimmſt ihn, eilſt und brennſt, dort, wo die Ehre grůnt;
Und wer Dich hört, der ſpricht: Der Mann hat ihn verdient!

Mit dieſen wolte dem Hochedlen und Hochgelahrten Herrn Doctorando, zu der rühmlichſt verdienten Würde, ſeine gebührende Hochachtung und Glückwünſchung bezeugen
deſſen aufrichtiger Freund
Und in verſchiedenen Collegiis geweſener Zuhörer,
N. Lud. Marheinecken,
aus Hildesheim,
der Artzeney-Kunſt Befliſſener.
Opponens.

Vt, dum conſpicimus VERE eﬄoreſcere frondes,
Autumno grauido fructus ſperamus amoenos:
Sic animus ſtudiis addictus flore iuuentae
Autumno aetatis promittit dona Mineruae.
Hinc, quia permultos praeclaris artibus annos
Iam tribuis, laetos tentas oſtendere fructus,
Impendens operam, FAVTOR mihi ſemper amande,
Chymiae ſpecimen clarum proponere doctis.
Pro tantis ſtudiis laurum TIBI monſtrat Apollo,
Sudoremque grauem compenſant praemia lauta.
Cogitur ad plauſus feſtiuos noſtra Camoena,
Doctorisque TIBI merito gratatur honores.
Perge, velut pergis, FVCHSI, inuigilare Camoenis,

Igna-

Ignauosque TVO morbos medicamine pelle,
Si quod chymiae nanciſceris arte magiſtra.
Sic TV doctrinae ſcandens ad culmina celſa
Olim clarus eris, volitabis docta per ora,
Omnibus et aegris multum prodeſſe valebis.
Sic tradet Galenus opes, concedet honores,
Sic exoptatum finem poſuiſſe laboris
Gaudebis, viuens ſeros ad Neſtoris annos.
Talia vota fero, PRAECEPTOR Palladis artis,
Quaelibet vt mentis cedant conamina fauſta,
Apprecor ex animo, facias rata, Rector Olympi!

Praenobiliſſimo ac Doctiſſimo Domino Philoſophiae Magiſtro, Doctorando, huiusque diſſertationis Autori, Praeceptori, Fautori et Amico multum deuenerando atque aeſtumatiſſimo, paucas haſce lineas, in fidem candoris et animi ſumme deuincti, ponere voluit ac debuit

G. F. SCHMID, FRANCVS
Med. Cult.
Opponens.

Emendanda.

Pag. 6. l. 6. (§. 1.) *lege* (§. 2.) Pag. 21. l. 25. (§. 27.) *lege* (§. 30.) Pag. 24. l. 23. ℣ rectificatiſſimo atque oleoſo, *lege* ℣ rectificatiſſimo, vel purificato, vel oleoſo.